

manenti in seculo concedatur repetitio illius coniugis iam professi, vt pote qui cōpēlati adulterij profiteri nō potuit. Cre dendū esse illi confessioni aduersus religionis professionē, & in fauorē instaurationis matrimonij, docent Hostien. c. veniens. n. 7. de conuers. coniug. & ibi Ioannes Andr. sine. Anton. sine. Anchari. sine. Et probant ex c. penultimo, de raptor. ex quo constat vxorem professam absque vi ri licētia, ei restituenda fore: si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum matrimonium, vbi Glossa ver. mulieris, asserit aliud esse in matrimonio carnali, & aliud in spirituali. Quia in illo non statur confessioni mulieris, in matrimonij præiudicium: secus vero in hoc. Sed aduersus hanc doctrinam fortiter vrget, diuersam longē rationem esse, quando solum diuortium intrentur. Tunc enim solius coniugis adulteri præiudicium veritur: innocens enim potest iniuriam condonare: & sic nil mirum est, si confessio ni adulteri plena fides habeatur. At vbi confessio coniugis tendit contra professionem, est in monasterij præiudicium. Et proinde non videtur credendum. Confessio enim aduersus ipsum meritum confessionem valet, non vero contra tertium. 14. q. 2. in principio, & c. 1. de confessis. Deinde, quia c. vidua, de regular. decidit ne noitiam actibus professarum se ingerentem, ceteri professam, licet iure iurando defectum animi profiteri adfirmet. Nō ergo propriē confessioni creditur in professionis præiudicium. Tertio, quia ad matrimonij carnalis dissolutionem, minimē statur coniugis confessioni. c. super eo, de eo qui cognouit sanguin. Et redditur ibi ratio: eo quod saepe aduersus matrimonium vt illud dirimatur, coniuges inter se colluderent. Quae ratio & quae militat in religionis professione. Quare doctrinam prædictam ita vniuersaliter, nō admittit Abbas c. veniens, sine, de conuers. coniug. sed tunc demum, quando vxor professa constitens in iudicio præuiam matrimonij cōsummationem, vel præcedēs adulterium, re vera stat pro ipsa professione, & superiorī conueniente eam confessionem fecit. Tunc enim non est verisimile eam conera se mentirac subinde cōfessio sibi præiudicat, ac monasterio. Atque ita intelligit Abbas ibi. c. penultimum, de raptor. pro priori doctrina allegatum. Idem Abbas eo cap. penultimo numero 6. & ibi Hof-

tiens. numero 3. super verb. confessione, & ibi Anan. n. 6. *Quarta conclusio.* Quamuis adulterium plenē probari nequeat, at coniectura, & præsumptio violenta, quibus probandum est, sunt plenē probanda per testes non singulares, & omni exceptione maiores. Ita multis citatis, Burfatus consilio 435. numero 39. volumine 4. An autem dicantur testes singulares, si vicissim dicant se vidisse, vnum post alium: vel testis vnus dicat se vidisse vna die, & in vno loco, & alius alia die, & in alio loco. Consule Mascardum de probat. conclud. 39. n. 1. mero decimo septimo, & duplici sequenti, & conclusione 65a. numero 1. ad 3. In foro autem conscientie, existimo sufficientem esse notitiam, quod coniux innocens diuertere possit, si de adulterio sui coniugis certior fiat à persona fide dignissima, cui merito prudentissimus quisque fidem haberet, se vidisse adulterium, aut eius violentam suspicionem testant. Quoniam hoc certitudinem moralem efficit, quae satis est, vt probauimus numero 39. & 40. *Quinta conclusio.* Viro suspicanti adulterium vxoris, licitum est illam obseruare, cum testibus idoneis, vt eam possit de adulterio cōnuocere. Quoniam id nō est eius peccato cōnuocere, sed vti eius malitia ad proprium commodum. Secundō, quia aliud est, rogare, consulere, vel iubere malum, quod nunquam licet: & aliud permittere, seu nō auferre mali occasionem, quod aliquando licet ob aliquod maius bonū. Sicut Deus mala permittit ob maius bonum. Ita D. Thom. 4. d. 35. quaest. vnic. ar. 3. ad 4. Sotus. 4. d. 36. q. vnic. ar. 3. sine. Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. ar. 3. notabili. 1. Confert ad hoc quod tradunt Nauarrus Summa Hispana. cap. 28. additione ad num. 30. c. 14. §. la. 10. Corduba Summa. q. 5. corollario. 4. sine. Nauarra li. 3. de restit. c. 4. p. 1. dubio vltimo, in noua editione. n. 104. Emanuel Sa. Sūma, ver. peccatum. n. 7. nimirum, non peccare parentes, vel heros, qui filijs, vel famulis nō auferunt aliquam furandi occasionem, eum eos ad furandum propensos norunt, vt sic in furto deprehensi resipiscant. Cōferr etiā, quia quouis custodes memorum se abscondentes, quod illud euas ingreditur libere, soluant; peccam. d. p. n. t. tanquā culpe mortalis rei: vt beatus docet Metinae de restit. quaestio. 12. A. ex cō-

sanitur à culpa, quando eo sine se obcondunt, vt semel deprehensi, caueant in futurum illuc redire. Vt tradunt Nauarrus summa cap. 17. hispanē, nu. 124. latinē, numero. 123. Nauarra eodem dubio vltimo, num. 103. Corduba summa quaest. 66. d. 1. §. 2. ver. mas el daño. Valētia. 2. 2. disp. 5. q. 6. pundo. 5. dubio. 7. in fine. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 124. n. 7. Vega. 1. tomo summa cap. 120. casu. 1. columna. 4. Hinc inferitur, virum posse celebrare diuortium, ob adulterium illud in quo vxorem deprehendit. Quamuis id minimē possit ob adulterium, quod ipso sciēte, & tacenti vxor committit (vt diximus disp. 5. n. 5.) Quoniam id verum est, quando non habet iustum dissimulandi causam. Tunc enim est consensus. Secus in præsentia euentu in quo non dissimulat quasi cōsensum præbens, sed vel vt possit ipsam de adulterio conuincere: vel vt deprehensa desinat in futurum. *53.* Sed an liceat eo sine offerre occasionem vxori, vt adulteretur, vel filijs, aut famulis, vt furentur? Nauarra, num. præcedenti allegatus, eo dubio vltimo, num. 104. id concedit. Sed melius Emmanuel Sa, verb. peccatum. n. 7. id negat. Quia id nō solum est permittere: sed cooperari, & iustum concurrere. Quare non video qua ratione id excusari valeat. *54.* Hinc inferitur, quid dicendum sit in ea questione. Num liceat viro pactum cū vxore inire, vt amatio eius castitatem violaretanti conuincat, concedens tempus, & locum non vt adulterium perficiat: sed vt in crimine deprehendatur? Id enim culpa vacare, docet plerique, d. 8. i. ex. l. i. quis seruo. 20. c. de furtis. ex. l. 8. tit. 14. par. 7.

vbi habetur seruo requisito ab aliquo de furto committendo, p. loq. auanciate Domino, & de consensu eius portante res aliquas domum persuadentis, vt hic in furto deprehenderetur, dari contra persuadentem, actionem furti: vbi lex videtur supponere actionem serui, & pactum cum Domino ininitum, licita fuisse. Aliis eum de consensu Domini res accepta sit, minimē adio forti daretur. Sic Paulus ea. l. si quis, notabil. 1. Iacobinus de Sancto. Georgio ibi. Ioannes Lupus. c. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. in principio. §. 29. n. 1. Cifuentes. l. 80. Tauri, sine. vbi Anton. Gomez, num. 65. Castillo proxiimo legū Tauri, folio. 6. columna. 4. verficul. & nota quod si Castellanus. Gomez Arias. l. 78. Tauri, num. 7. Gregor. Lopez. l. 8. verb. al. sijo, tit. 14. p. 7. Marien eo dialogo relatorum. 2. par. c. 33. n. 8. Azabedo lib. 8. recopil. tit. 20. l. 2. nu. 17. Sed Doctores hi non trahant de foro conscientie: dicunt enim id licere ad iniuria afficiendū adulterum, aut furti iustorem. Quod in foro conscientie illicitū esse constat. Sed mens textui, & Doctorum est, vt. vt consensus ille non sit legitimus, & iusticius, ne suadēs furtū possit de furto, & adulter ille de adulterio iuramento accusari. Vnde in foro conscientie id pactū illicitū esse censo. Nō enim est mera permissio, dum vxor cōnuincat adulterium molientis, sed est consensus. Ea enim verba sufficienter ad acceptationem cuiuscunq; donationis, aut legati, aut numeris sibi iniuncti. Permissio enim est alicui voluntatis circa negationem: id est, circa non impediendum: vt referens modos permissionis, tradit D. Th. 4. d. 35. q. 2. ar. 2. quæstio. 2. corpore.

DISPV T. DECIMA TERTIA.

Vtrum vir teneatur vxorem in adulterio persistentem dimittere: aut resipiscentem admittere? Et idem de vxore, respectu viri adulteri?

SVM MARI VM.

Vir innocens non teneatur adulteram emendare, nec reconciliare. Et explicatur cap. quod autem. 3. q. 1. c. si vir, de adul. n. 3. Quid si iuxta facte, vt ipsam non accuset, dimittat vel au. 2.

Est est viro, vxori adulteræ emendare, nec reconciliare. quous voluerit: & quando id consilium sit. Et explicatur cap. si vir, de adul. Et an possit adulteram in crimine persistentem reconciliare. n. 3. Referunt duplex sententia, num. 4. & 5.

Si solam adulterij rationem attendamus, non est preceptum diuertendi ab adultera, quatenusque publica, & pertinaci n. 6.
 Obligatio hac diuertendi, aut confurgit ex precepto correctionis fraterna: aut vitandi scandalum: aut ex virog: n. 7.
 Non oritur ex precepto correctionis fraterna: & an quando hac premissa, vxor non respicit, sit denuncianda: nu. 8.
 Resolvitur sententia asserens oriri ex precepto correctionis: n. 9.
 Nascitur ex sola vitandi scandalum obligatione, nu. 10.
 Non confurgit ex aliquo precepto Ecclesiastico. Et explicatur caput: si vir, de adultera, sicut crudelis: 3. q. 1. & cap. non solum: 28. q. 1. n. 11.
 Nec oritur ex periculo incertitudinis prolis vitanda: n. 12.
 Vir retinens vxorem tanquam sororem, non satisfacit: n. 13.
 An vxor occulte adulterans, nec emendata, sit dimittenda: nu. 14.
 Non obligat hoc preceptum virum aliter scandalum cauere potentem, numero decimo quinto.
 Nil refert ad hanc obligationem, vtrum vir sit innocens, nec ne: n. 16.
 An vir teneatur, aut possit alimenta adultera pertinaci denegare: numero decimo septimo.
 An teneatur potius excommunicationem sustinere, quam adulteram non correctam admittere: nu. 18.
 Obligatio hac dimittendi adulteram, quando sit sub mortali: nu. 19.
 An excusetur vir retinens, de ipse damnū corporis, vel animā incurrat: nu. 20.
 Quid, si vxor expulsa, peior efficietur: aut aliud corporis detrimentum patietur? n. 21.
 Quid, si infamia ipsius viri, vel vxoris emerget: n. 22.
 Quid, si vxore retenta, sit spes emendat: numero 23.
 Qualiter in his euentibus teneatur vir scandalum cauere: nu. 24.
 Rarissime teneatur vir adulteram dimittere, aut à culpa abstinere: n. 25.
 Soluuntur argumenta: n. 26.
 An vxor similiter teneatur virum in adulterio persistentem expellere: debitumque negaret: Refertur duplex sententia, numero 27.
 & 28.
 Sententia authoris negans. Et explicatur caput: si quis vxorem, et. 1. 30. quæstion. 2. numero 29.

Disputationem hanc difficilem valde reddunt diuersi admodum loquendi modi Doctorum hanc de re differentiam. Et quidem duo tanquam certa præmittenda sunt. Prius est, virum innocentem minime teneri vxorem adulteram, ad suam pristinam amicitiam reuocare. Vnde eum dicitur cap. si vir, de adult. virum debere sibi reconciliare adulteram emendatam, explicat ibi Glossa ab omnibus recepta, de honestatis debito. Et eodem pacto intelligendus est D. August. lib. 2. de adulter. coniug. cap. 5. cuius dictum refertur capit. quod autem 32. quæst. 1. ibi. *Quis non intelligat debere caritatem ignoscere, quod videt ignoscisse Dominum.* Quare etiam penitentia adulteri facta, potest vxor accusari. Idque constat ex cap. admonere, quod est Stephani Pontificis. 33. quæstion. 2. Et ex cap. de Benedicto. 32. quæst. 1. Et constat ex dictis hoc lib. disput. 3. numer. 6. vbi probatur posse adulterium admissum ante baptismum, coniugis iam baptizati, ad iudicium deduci, quod diuortium celebretur. Et quamuis (vt ibi dixi,) in baptismo discordant Authores, eò quod sit noua quedam generatio. At circa penitentiam, id omnes Theologi fatentur, cum D. Thoma. 4. dist. 35. quæst. vnicæ, artic. 6. ad. 2. Et omnes Iurisperiti eum Glossa eo. cap. admonere, verb. penitentia, & capit. finali, verb. iudicio, de conuers. coniug. & capit. gaudemus, in fine, de diort. Hostien. cap. finali, numer. 1. sine, de diort. Goffredus summa, tit. de diort. numer. 7. Innocens. cap. 1. numer. 2. de adult. Abb. d. cap. gaudemus, numer. 3. Henricus capit. significasti numer. 10. de diort. Archid. cap. nihil, numer. 2. 32. quæst. 6. Bellamera ibi, numer. 2. Turree. ibi. numer. 2. Durandus. 4. dist. 35. quæst. 2. artic. 2. nu. 7. Petrus de Soto lect. 11. de matrim. eolum. penultima. Barbofa ff. solut. matrim. rubrica. 2. p. num. 20. 25. Surdus de alimentis, tit. 7. quæst. 21. numer. 7. & 8. Enriquez lib. 1. de matrim. capit. 17. numer. 2. & 3. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 62. ar. 6. concl. 1. Quod si obijctas, charitatis lege remittendum esse veniam peccanti, ac respicienti. Respondet id verum esse, quo ad odium animi, & aliqua externa benevolentia signa: secus quoad pœnas delicto debitas in iudicio exigendas. Vnde non est audiendus Veracruz, qui 3. parte Speculi, articulo 6. conclusion. 3. in fine, ait per caput. ex literis,

de diuortio compellendum esse virum, ad vxorem adulteram respicientem admittendam, vt ipsius incontinentiam vitet: quamuis in foro conscientie admittere non teneatur. Sed id caput ex literis loquitur quando vir innocens iam in adulterio lapsus est. In quo euentu, quâdo, & qualiter fit eogendus; latè diximus hoc lib. tota disp. 9.

Quod si viuret vxori, se eam minime accusaturum de adulterio futuro, non valet pactum, nec iuramentum, quoad accusationem criminalem: secus quoad ciuilem, ad diuortium, & dotem, petenda. Quippe in priori casu agitur de iuris publici renuntiatione: & datur anxia liberè delinquendi, impunitate promissa. Interest enim reipublice delicta puniri. In posteriori autem, de renuntiatione iuris priuati, ac iniuria, & lucro ipsius viri. Sic videtur decessum, capit. quemadmodum, in fine, de iureiurand. iuncta Glossa, verb. defistat, inde colligenti, valere pactum, & iuramentum, quatenus tangit rem familiarem, vel iniuriam priuatam, non autem quatenus tangit iniuriam publicam. Et tenent ibi Abbas, numero. 14. sine: Alexander de Neno ibi. §. finali, numero. 11. Et ideo ait Abb. non absque mysterio dixisse eum textum, debere sic iuramentum desistere ab accusatione ad diuortium celebrandum. Idem Additio Angeli de masculis, verb. che me ha adulterato, numero. 50. Barbofa. l. 2. part. 1. in principio, numero. 106. ff. soluto matrimonio. Vnde Palud. 4. dist. 35. quæstion. 1. art. 1. concl. 1. numer. 6. & Supplementum Gabrieli ibi quæstion. vnicæ, articulo. 2. conclusion. 1. dicentes licitum esse viro vxorem adulteram repellere, licet iuravit non se dimissurum, vel accusaturum. Eò quod frangenti fidem, non sit fides seruanda: Intellegendi sunt sano modo, nimirum, quando adultera relabitur, nec corrigitur. Tunc enim tanquam fidem frangens potest repelli: nec iuramentum in eo casu relapsus, & pertinaciter intelligitur, nec in eo esset gratum Deo: & proinde non obligat. Vt bene docent Hostien. eod. capit. quemadmodum, numero. 11. Innocens. ibi, sine. Ioan. Andr. numero. 9. Abb. numero. 14. Cardin. numero. 2. versiculis. oppono ad hoc, Henricus sine. Bellamera, numero. 10. An autem sit idem, si pactum, aut iuramentum fiant de non de-

ferendo crimine perpetrato? Consume. l. si vnus. 28. §. pacta. ff. de pactis, vbi discrimen constituit inter pactum non accusandi de crimine admissio, vel admittendo, vt illud valeat: hoc autem non. Idemque docet Glossa. d. c. quemadmodum, verb. crimine. De qua re consulendi sunt Doctores ibi. & d. §. pacta.

Postestus certum in hac disputatione est, fas esse viro vxorem adulteram respicientem sibi reconciliare. Habetur. e. si vir, de adult. & fatetur omnes cum. D. Aug. lib. 2. de adulter. coniug. c. 6. & 9. & refertur. e. quoad autem, & sequenti. 32. quæst. 1. Et ratio est: quoniam separatio est pena adulterij, & iniuria illata viro, cui liberè licitum est iniuriam sibi illatam condonare: & iam vxore emendata cessat ratio scandalum. Subditur autem eo. cap. si vir, non valet admittendam esse adulteram. Cui videtur aduerfari caput. quemadmodum, ad finem, de iureiurand. Et consilium illud Matth. 18. *Non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies.* Glossa eod. capit. si vir, verb. iced non sæpe: & ibi Host. nu. 3. & in summa, tit. de adulter. numero. 5. vers. repellit etiam, Henricus. d. c. si vir. num. 3. & c. quemadmodum. nu. 8. de iureiur. Barbofa. l. 2. part. in principio, nu. 102. ff. solut. matrimo. Sic explicat, quamuis possit vir sæpe remittere, ac Ecclesia non intercedit pro adultera sæpe relabenti, ne peccati ansam offerre videatur. Vel potest explicari, cum Soto. 4. dist. 36. quæstion. vnicæ, articulo. 2. conclus. 1. vt quantum sæpe consilium sit vxorem adulteram respicientem admittere, ne viro destituta, & inopia pressa, libidini vacet, quod quæstus acquirat: at si multoties reconciliata, abutens venia, ad pristinum more canis vomitum redeat, præstatit vitæ eam non admittere. Quoniam spem omnem correctionis admit. Nec id aduerfari consilio Evangelico, quod non intelligitur de poena externa delicto debita, qualis est diuortium: quando spes veniæ ansam præbet in delicto persistendi, & correctionis spes cessat. Dixi autem, si adultera respiscat, posse eam à marito admitti. Nam si in adulterio persistat, idem iudicium, numero. 11. Innocens. ibi, sine. Ioan. Andr. numero. 9. Abb. numero. 14. Cardin. numero. 2. versiculis. oppono ad hoc, Henricus sine. Bellamera, numero. 10. An autem sit idem, si pactum, aut iuramentum fiant de non de-

ibi. q. 2. ar. 2. n. 6. Ricar. ar. 3. q. 2. Palud. q. 2. ar. 2. nu. 1. D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 21. §. 6. verific. effectus accusationis de adulterio est. Tabiena matrimonium. 4. q. 8. n. 9. So. tu. 4. d. 36. q. vnic. artic. 6. conclud. vnica. Bartholomæus ad Ledesma dubio. 70. de matrim. conclud. vnic. De qua questione statim differendum est.

4. Quæstio autem in presenti valde controuersa est. de obligatione viri, diuident de vxoris adulteræ minimè respicientiæ vel ipsius non reconciliandæ sibi. Vtriusq; enim idem iudicium est. vt. n. præcedenti. in fine obseruauimus. Et primò quidem de viro respectu vxoris adulteræ discernendum est. Deinde de vxore respectu viri adulteri. Et de viro satis stricte loquuntur plerique Doctores, asserunt enim eum teneri sub culpa lethali vxorem in adulterio persistentem deserere. (Limitationes autem quas aliqui apponunt, examinabimus numeris sequentibus.) Ducuntur primò ex. c. si vir. de adult. ibi. *Si vir sciens vxorem suam deiquise, que non egerit penitentia, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus est. & eius criminis participes.* Idem habetur. c. quem admodum. §. vitio. de iureiur. Idemq; docet. D. August. lib. 2. de adulter. coniug. & refertur. c. non solus. 28. q. 1. D. Hieronymus, in commentarijs ad cap. 19. Matth. & refertur cap. dixit Dominus. 32. q. 1. D. Chrysostr. & refertur. c. si quis vxorem. et. 1. 42. quæstion. 1. Theodorus in prænitentiæ. & habetur ibidem cap. si quis vxorem. et. 2. Idem. D. Chrysostr. homil. 32. operis Imperfecti in Mathæum, & refertur. c. si quis crudelis. 32. quæst. 1. ibi. *Sicut crudelis. & iniquus est, qui castam dimittit vxorem. ita fatuus est. & iniustus, qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est.* Quod idem dicitur Proverb. 18. *Qui autem tenet adulteram, stultus est. & insipiens.* Secundo, quia Mart. 1. dicitur. D. Iosephum eò quòd iustus esset. voluisse dimittere Virginem, quam adulterij ream suspicabatur. Tertio, quia vir non diuertens ab huiusmodi adultera, videtur multis nominibus reus criminis. Primò eò quòd violet præceptum Ecclesiæ iubentis eam dimissionem. Vt constat ex textibus allegatis. Secundo, quia scandali maximam ansam præbet, omnes enim merito, ac iure optimo suspicabuntur ipsum virum criminis vxoris confcium, ipsi conuincere, patrocinarique, ipsumque leonem esse. Consentire enim videtur er-

ranti, qui ad refecanda quæ corrigi debent, non occurrit capit. confentire. 83. dist. 3. quia periculo exponitur, vt proles sit incerta, & non legitimi hæredes illi supponantur. Quod est contra bonum sacramenti: & cedit in legitimi hæredis graue damnum. Et idèd virum peccare mortaliter sic retinendo vxorem, videtur clarè sentire. D. Thom. 4. d. 35. quæst. vnica, art. 2. & ibi. D. Bonauent. artic. vnico quæst. 2. Ricardus artic. 1. quæst. 2. Celesia, quæst. 1. argumento. 4. Host. cap. porro, num. 3. de diuort. & ibi Ioannes Andra. numer. 3. Abb. cap. si vir, num. 1. de adult. Henricus cap. quem admodum, num. 8. & 9. de iureiur. & ibi Bellamera, numer. 10. Turrec. c. Apostolus. 32. quæst. 7. artic. 2. numer. 2. vbi peccati damnant virum non diuertentem in hoc euentu: Et cum res sit grauisima, non videtur de culpa veniali intelligendi. Et docet expresse culpam esse lethalem, Coueron de publicis concubinarijs, rubrica de adulterio, num. 74. habetur tomo. 1. tractatum, part. 1. Quandus. 4. d. 35. quæst. vnica. propositio ne. 1. Perez lib. 8. ordin. rit. 19. l. 2. fol. 308. §. queritur vterius quanto tempore. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 62. art. 2. conclud. 2. Atq; esse tunc peccati mortale non abstinere à copula coniugali, siue petendo, siue reddendo, docent Ang. verb. debitum num. 8. & ibi Sylu. q. 10. & quæst. 1. causa. 3. & ibi Armilla, numer. 4. & Rosel. nu. 15. Nauar. summa. c. 16. num. 28. Couar. 4. decre. 2. p. cap. 7. §. 2. numer. 4. Matienço lib. 5. recopil. rubrica, gloss. 1. nu. 101. Barbosa. l. 2. p. 1. in principio, nu. 102. ff. solu. matrim. Grassi. 1. par. decisio. lib. 2. c. 84. nu. 6. Et esse mortale non abstinere à copula, non explicando, an petendo, an reddendo, tradunt Castro lib. 2. de lege pœnali capit. 4. §. vt igitur. Berachinus in suo dictionario, litera. A. verbo adulter, verific. adulter vir. Iulius Clarus lib. 5. receptorum, verb. adulterij verific. cauet etiam. Et alij dicunt esse peccatum subicentis quale, non abstinere à thoro talis vxoris, & vt tali coniugio. Sic Caietan. summa, verb. matrimonium cap. vltimo, vers. 10. caput. & in opusculis, tomo. 1. tract. 29. de reddendo debito, altero coniuge adulterante, quæst. vnica. Anchar. c. porro, nu. 9. de diuort. Card. cap. finali, numer. 2. verific. quero an vir, de adulter. & ibi Henricus. n. 3. & c. significasti. n. 10. de diuort. Ananias eo. c. fin. n. 3. verific.

secun.

secundo casu. Astensis summa. 2. p. lib. 8. tit. 33. ar. 2. q. 1. Antonius Cucus lib. 5. instit. maior. tit. 11. n. 122. Gaeta repetition. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 183. Imò addit Anchar. Cardin. Henricus, Astensis, potius debere virum sustinere. excommunicationem Ecclesiæ præcipientis vt reddat, quam debitum reddere.

5. Alij verò Doctores hac distinctione vtuntur. Si vir petat debitum ab vxore adultera non respicienti, peccat lethali-ter: & similiter reddendo, si est celebratum diuortium, vel moratur publicè cum adultero: secus non. Quia extra hos casus tenetur reddere. Ita Ioannes de Friburgo summa confel. lib. 4. tit. 2. quæst. 48. §. sed nunquid. Henricus. c. finali, numer. 4. de adulter. Monaldus summa, vbi de matrimo. tit. de effectu matrimonij, ad finem.

6. Prima tamen conclusio sit. Si solam adulterij rationem attēdamus, nullum extat præceptum diuertendi ab vxore adultera pertinaci, & quantumcunq; publica. Constat, quia Matth. 5. & 19. vbi Christus seruatur nosse explicuit diuortium esse licitū ratione adulterij, non id præcepit, sed tanquā licitum permisit. Vt constat ex cōtextu: & docet. D. Aug. lib. 1. de sermone Domini in monte. c. 27. & sequenti, & refertur. c. idololatria. 28. q. 1. Et ratio est, quoniam diuortium est pœna adulterij: ac proinde vir innocens eam pœnam subire minimè tenebitur. Adde diuortium esse inductum in fauorem innocentis, & supplicium adulterij, ob iniuriam innocenti illatam: atq; adeo ius proprium viri est posse diuertere. Potest ergo iure suo cedens condonare iniuriam. Et de hac conclusio- ne nemo dubitat.

7. Secunda conclusio. Ex duplici capite potest ortū habere hæc obligatio viri, dimittende vxoris adulteræ: aut ex præcepto scandali vitandi. Vt quando retinens eam daret ansam suspicandi suo consensu adulterium admitti: aut ex præcepto correctio- nis fraternæ: eò quòd vir tanquam caput teneatur corrigere vxorē omni modo sibi possibili. Quare vbi spes est fore: vt ab ea diuertendo respiciat, videtur ad id tene-ri. Atque ita omnes Doctores allegati, & allegandi, ad alterum ex his duobus præceptis, vel ad vtrumq; referunt obligatio- nem hanc, & inde eam deducunt. Cōstat- que specialiter ex. D. Thom. 4. d. 35. q. vnica, art. 2.

8. Tertia conclusio. Vir non tenetur ab vxore adultera diuertere, ei ve debitu negare, ratione præcepti correctionis fraternæ. Du- cor, quoniam huic præcepto satisficit, vxor re admonens, & pœnis inferni illi propo- sitis, eā deterrens, parçeq; punitis modo sibi permisso. Quòd si hæc non sufficiat, nulla superest moraliter loquēdo spes emen- dandi: imò creditur fore, vt dimissa à viro, li-berius vacet libidini, deteriorq; efficiatur. Si autē in aliquo raro euentu spes aliqua emēda, vxore expulsā, superest, præcepta charitatis (quale est correctio fratris) non adeo metaphysica, & exacta scrutatio- ne, & tam scrupulose accipienda sunt: sed satis est, vt id præceptum minimè obliga- re censeamus, si moraliter desit spes emen- dationis. Nec cogendus est vir casus methaphysicos indagare. Præterea, quia non cum tanto detrimento præcepta charita- tis obligant, quale vir pateretur, si vxorē adulteram domo expelleret, ei ve debitu negaret. Quia moraliter loquendo stimulis carnis agitur, quibus resistere difficillimum sibi erit: mulierq; efferebitur, ac volenti viro eam ad se reuocare, renite- tur: ac de stituerit obsequijs vxoris, quæ maximo sibi emolumento sunt, vt custo- dia domus, educatio filiorum, ac mini-sterijs domesticis attendat. Præterea, si vxor iudicem adeat restitutionem petens, eam obtinebit (vt latè dixi disput. præcedenti.) Quòd si vir adulterium velit probare, quò diuortium celebretur, magnis sumptibus indigebit, longaq; tēporis mo- ra, ad tres sententias conformes expedian- das: quæ in causis Ecclesiasticis desideran- tur. Nec modica infamia nota, adulterio vxoris in iudiciū deducto, maritus ipse inuretur. Deinde, quia vbi vxor viro sciete, ita fronte perficitur in adulterio per- uicax est, vt dictis medijs adhibitis retra- hi nequeat, virum despiciat, ardentiusq; amasium deamat, ac proinde tantum abest vt expulsiōe à viri consortio, tristitia affe-cta in ferredat: quin porius trifium ha- bit, liberiorēq; vitam vt veniri vacet, libentissimè amplectetur: & si moraliter prout res euenire solent, loquamur: expulsio hæc sine per correctionem in- tento, qui est correctio vitæ, & respicientia à vitijs, frustrabitur. Quòd si in casu rarissimo contrarium spectetur, res morales, ac de moribus instituentis præcepta tradita, non casus methaphysicos, & præter cōmūnem spē, sed in pluri-

num

num contingentes respiciunt. l. nam ad ea. ff. de legibus. Tandem, quia negari non potest acerbissimum esse medium expellere vxorem: atq; ita nequaquam credendum est præceptum correctionis fraternæ, quod suaue est, nec adeo exactè obligat, in hoc euentu constringere. Atq; ita tenent Sotus. 4. d. 36. q. vnica, art. 2. conclusionem. 2. paulo post principium: & vers. de secundo autem. Ledesma. 2. p. 4. q. 64. art. 2. ad finem, in 2. ad finem, in 2. conclusionem. Idem videtur sentire Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 3. concl. 4. nu. 23. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 9. Rosella, verb. debitum, nu. 16. vbi aiunt quando adulterium est occultum, eximi virum ab hac obligatione: eod quod cesset ratio scandali: ac proinde totam hanc obligationem præcepto vitæ di scandali tribuere videntur. Idemque aperte sentire videntur, qui vbi adulterium est occultum, ac subinde scandalum non existit, asserunt huic præcepto locum non esse, quos. n. 14. referam. Et videtur tenere Abulen. c. 19. Matth. q. 71. quamuis enim in principio corporis videatur hoc tribuere præcepto correctionis: at paulo inferius concludens quando obliget hoc præceptum, videtur asserere solam scandalum rationem habendam esse: dicens tunc virum huius præcepti violati reū esse, quando existimatur retenta vxore illum adulterio eius conuiuere, illud fouendo. Quæ eandem rationem huius præcepti ferè omnes Doctores tradunt, & multi testimonia Sanctorum. n. 4. relata, asserunt, dum retentionem vxoris damnant, inniti hac consensum præsumptionem (vt nu. 11. vide bimus): atq; ita sentire videntur solum vitandi scandali præceptum in hoc casu obligare. Idem aperte tenent Victoria summa, de matrim. nu. 290. dicens non teneri virum dimittere vxorem, nisi sit adeo incorrigibilis, vt oriatur scandalum, ne videatur consentire. Et Petrus de Soto le. 12. de matrim. columna penultima, vbi ait ad hoc non teneri virum, dummodo eius adulterio non consentiat, nec omitat quantum in ipso est correctionem: posseque dissimulare, quando corrigere non valet. Atq; ita expressè sentit alijs modis corrigendo, huic obligationi satisfieri. Idem tenet Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio 66. sine, vbi expressè ait solum obligare hoc præceptum, quando ex cohabitatione oritur scandalus: licet paulo antea, in 3. conclusionem videatur sentire etiã

teneri virum ratione præcepti correctionis fraternæ. Vtrum autem quando alijs medijs adhibitis vxor minimè corrigitor, teneatur vir eam Ecclesiæ denunciare: iuxta præceptum euangelicum Matth. 18? Ad id teneri dicitur. c. quemadmodum. §. vltimo, vers. cum scriptura, de iureiur. Etique mortalis culpæ reum esse, nisi denunciatur, tradunt Glossa. c. si vir, de adul. verb. reus. Et ibi Anton. n. 5. Host. n. 2. & in summa, tit. de adulte. n. 5. vers. repellit etiã. Quod intelligendum est, si prudētis iudicio ad sit spes emendationis, quæ est finis correctionis. Vt bene aduertit Sotus. 4. d. 36. q. vnica, art. 2. conclusionem. 2. paulo post principium, addit; hanc denunciationem fore, vt vxor respiciatur, non autem vt diuortium celebretur. Quia id est ius suum, cui vir renunciare potest. Imò rarissimè teneri virum ad hanc denunciationem faciendam existimo. Quia effœminatus censetur, & non modicum samæ detrimentum incurret. Quod ab hoc præcepto ipsum excusat, vt dicemus. n. 22.

Vnde non consentio. D. Thomæ. 4. d. 35. q. vnica, ar. 2. corpore, vbi hanc obligationem tribuit præcepto correctionis fraternæ, & vitandi scandali. Quem sequuntur. D. Bonau. ibi, ar. vnico. q. 2. Caiet. in opusculis, tomo. 1. tractatu. 29. de reddendo debito altero coniuge adulterante. q. vnica. Syl. verb. debitum. q. 10. vbi Armilla. n. 16. Nicolaus de Orbellis. 4. d. 35. q. 2. §. 1. Couar. 4. decretal. 2. p. c. 7. §. 2. n. 4. Martiengo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss. 1. nu. 101. Barbosa. ff. soluto matrim. l. 2. p. 1. in principio. n. 102. Angles floribus. 1. p. de matrimonio. q. 9. de diuortio, artic. 1. post difficultatem. 2. dubio. 2. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 240. conclusionem. 6. n. 6. Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. ar. 2. concl. 2. Cañedo summa sacramentorum, de matrim. c. 7. n. 64.

Quarta conclusio. Obligatio hæc dimittendæ vxoris persistens in adulterio, nascitur ex præcepto vitandi scandali: ne vir consentire conuiuens, & patrocinans vxoris adulterio. Constat ex dictis. n. 7. & 8. si enim (vt dixi. n. 8.) confurgit ex præcepto correctionis fraternæ, aut vitandi scandali, aut ex vtroque: Cùm ergo non confurgat ex præcepto correctionis fraternæ, oriatur ex præcepto vitandi scandali. Quod fatetur sere omnes Doctores. Et constat ex ijs, quæ. n. 8. adduxi.

Hinc inferitur, audiendos non esse ali-

quos

quos dicentes præceptum dimittendæ vxoris pertinacis in adulterio, constringere ex constitutione Ecclesiastica. Ducturque per textus. n. 4. allegatos, qui retentione talis vxoris prohibent. Hi sunt Ioan. de Friburgo sum. confel. lib. 4. tit. 2. q. 48. Henric. c. final. num. 4. de adul. Monaldus summa, vbi de matrimonio, tit. de effectu matrimonij, ad finem. Rosel. verb. debitum. n. 15. vbi Sylu. q. 10. Armilla. n. 16. Sed audiendi non sunt. Quoniam. c. si vir, de adul. & reliqui textus. n. 4. relati innituntur præsumptione cōsensu viri in adulterium vxoris. Vt docent Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 3. concl. 4. n. 23. vbi Supplementum Gabriel. q. vnica, art. 2. post. 3. conclusionem. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 9. Sotus. 4. d. 36. q. vnica, art. 2. sine. Palacios, 4. d. 35. disp. column. 10. versicul. porro autem. Ledesma. 2. part. 4. quest. 64. artic. 2. sine: ac proinde ad vitandam eam suspensionem, & cauendum scandalum, deuit eam dimissionem faciendam, non nouum præceptum imponendo, sed declarando naturale, quod est de vitando scandalo, quod ex ea suspitione oritur. Vnde tota obligatio hæc ad præceptum de cauendo scandalo referenda est, vt nu. præcedenti dicebam.

Secundum inferitur, contra Petrum de Ledesma de matrim. q. 62. art. 2. conclusionem. 2. si scandalum desit, nullâ culpæ mortalis rationem inueniri in hac vxoris persistens in adulterio retentione, eod quod periculum sit incertitudinis prolis, & falsos heredes supponendi. Quoniã ad vitandū hoc periculum non tenetur vir adeo acerbio medio vti: eod vel maximè quod nulla est spes emendæ ea repulsa (vt. nu. 8. probaui) & ita aut ratione huius periculi vitandi debet vir semper ab eius consortio separatus manere: aut quando eam ad se reuocavit, idè erit periculum. Deinde, quia viro culpæ tribui non debet ea incertitudo prolis, cū ipso renitente, & media suauia, ad quæ tenetur corrigendi gratia, adhibente. Nec obsecrum iudicium est, vt hanc obligationem ex hoc capite non constringere, cre di possit: quod tot Doctores antiqui de hac re differentes, illius non meminerint: sed scandali, & correctionis.

Tertio inferitur, audiendos non esse Cardin. c. si vir. initio, de adulter. & ibi Anton. n. 3. dicentes satisfacere huic obligationi virū, si vxore retineat tanquã sororē. Cū enim obligatio hæc oriatur ex præcepto cauendæ suspitionis cōsensu viri in vxoris

adulterij, & scandali inde orti, nec vicini notum esse possit, an eam vt vxorem, an vt sororem retineat, sic ea retenta non cessabunt scandalum, & suspicio.

Quarto inferitur, nec credendum esse alijs quibus non eximentibus virum ab hac obligatione, quamuis adulterium vxoris occultum sit, modò ipse vir illius sit cōfiscus. Ducuntur, quoniam agit contra Ecclesiæ constitutionem: & sic dicitur peccare mortaliter tunc virum, siue petendo, siue reddendo, sic Angelus, verb. debitum. nu. 8. vbi Sylu. q. 10. Armilla, num. 4. & 16. Idem Monaldus, Henricus nu. 11. allegati: Ioannes de Friburgo in summa confessorum, lib. 4. tit. 2. quest. 48. §. sed nunquid: quibus hi tres vltimi solum petitionem debiti damnant in hoc casu: non autem redditionem, nisi iuxta distinctionem, quam num. 5. retuli. Verum dicendum est virum eximiam ab hac obligatione, vbi delictum ita occultum est, vt probari nequeat. Tūc enim cessat ratio scandali: & alijs medijs suauioribus vxor corrigenda est: ne detur ansa vt ipsa conuenerat, ac adulterium occultum diuulgetur. Ita sentiunt Glossa cap. 1. verb. patronus. 32. quest. 1. D. Bonauen. 4. d. 35. artic. vnica. quest. 1. 2. vbi Durandus ibi. q. 1. art. 3. num. 6. Albericus in suo dictionario, liter. M. verb. matrimonium. 8. vers. quid si aliquis coniugum. Bellamer. c. quemadmodum. n. 10. de iureiur. Turre. cap. Apostolus. 32. q. 1. art. 2. n. 2. Sotus dicens esse certum. 4. d. 36. q. vnica, artic. 2. post. 1. conclusionem, vers. de viris ergo. Veracruz. 3. p. Specul. ar. 2. conclus. 2. Gaeta repetitione. cad. limina. 30. q. 1. §. 4. nu. mer. 275. Bartholom. à Ledes. dubio. 66. de matrimonio, conclusionem. 3. Manuel. 1. tomo summa. 2. editione. c. 240. concl. 7. nu. 7. Vega. 1. tomo summa. c. 13. casu. 6. Et sibi contrarij tenent idem, Syl. matrimon. 9. q. 6. Armilla verb. matrimonium n. 75. Ioannes de Friburgo summa confessor. lib. 4. tit. 2. q. 6. Et idem docent Tabiena matrimonium. 4. q. 3. nu. 4. Palacios 4. d. 35. disput. vnica, column. 9. vers. at vero alia dubitatio est. Idem tradunt alijs de adulterio occulto, non distinguentes, an loquantur de occulto, vt distinguunt contra probabile, an vt opponitur publico. Hi sunt Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 3. concl. 4. n. 23. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 9. Supplementum Gabriel. 4. d. 35. q. vnica, art. 2. post. 3. concl. Rosel. verb. debitum. n. 16. Graff. 1. p. de confession. lib. 2. c. 84. n. 6. Philiari. de officio fa-

Aaaaa

ccc-

cerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. ver. 4. peccat. Sed credo verum, quāvis adulteriū probari possit, nisi publicum sit: nō enim tenetur tunc eam vir dimittere: nec quāvis publicē infamata vxor sit, nisi cōmunitur credatur infamata esse veram. Vt bene docet Abūlen. c. 19. Mat. q. 71. Et constat ex ip. quae dicemus. n. 22. Nec tenetur etiā vir abstinere à debiti petitione, aut redditione, dum adulterium non est publicum, sicut nec diuertere tenetur. Quia dum adulterium non est publicum, cessat scandalum commune, quod est ratio huius obligationis. Et licet pauci aliqui norint, atq; ita adulteriū probari valeat, est facilissimum paucis illis satisfacere, certiores illos faciendo, vxorē non dimitti, ne diuulgetur adulterium. Quod sufficit: iuxta ea quae n. 24. dicemus. Et negare debitū retē tā domi vxore, nil conducit ad scandalum remouendum, vt. n. praecedenti dicebam. Quod si ad eius correctionem conducatur: non tenetur vir eo medio vt ad eum finē assequendum, vt. n. 8. probauit.

15 Quinto infertur, si suspicionem consensus, ac subinde scandalū ex ea confurgēs, medijs alijs appōitis maritus cauere valeat, non tenetur illum diuertere ab vxore. Quia cessat tota huius obligationis ratio, quae est scandalū vitare. Ita Victoria sum. de matr. n. 299. Sotus. 4. d. 36. q. vnic. art. 2. post. 2. conclus. ver. neruus ergo. Vega 1. tom. sum. c. 13. ca. Sexto.

16 Sexto infertur, nil referre ad hanc obligationē, an vir sit innocens, nec ne. Quod licet apud neminem repererim, duor ad asserendum. Nam quāuis maritus similis adulteri reus nequeat diuortium celebrare titulo adulteri vxoris: mutua enim cōpensatione abolerentur (vt disput. 6. probauit.) At cum obligatio haec diuertendi ad tempus ab vxore publicē adulteranti, nec respiciat, non confurgat ex ratione adulteri: (vt diximus, num. 6.) Sed vel ex praecipuo correctionis fraternae, iuxta opinionem, num. 9. relatum: vel ex solo praecipuo vitandi scandali, iuxta nostram sententiam, nu. 10. positam: à quo praecipuo maritus ipse similis adulteri reus minimē eximitur. Cū nō desinat esse caput: nec scandalum cesset: inde est vt quāuis maritus ipse adulter sit, astringatur obligatione hac. Nec obstat compensatio mutui adulteri. Quia ea confert, ne liceat viro perpetuum diuortium intentare: non autē vt non teneatur ratione aut correctionis

vxoris, aut ratione scandali vitandi suspicionis consensus, ac patrocinijs praestiti adulteri ipsius, ad tempus diuertere, quōd ipsi deterrita, in posterum ab adulterio retrahatur: vel saltē vicini intelligat id ad tempus inuito marito perpetrari. Quōd si obijcias, virū simili adulterio infectū, minimē capacē esse vxoris adulterae corrigendae. Poterit enim illi obijci id Pauli ad Roman. 2. *In quo alii iudicas, te ipsum condemnas. Qui dicit non machandū, macharis.* Solutio est in promptu, delicta esse valde imparia. In hominū enim existimatione adulteri viri leue crimē reputatur, nec in dedecus, ac infamia vxoris cedit: ac proinde lege seculari minimē plebitur poena criminali, nec datur ius vxori accusandi criminaliter. At vxoris adulteriū existimatur nefandissimū scelus, ac poena capitis dignū. Proindeq; vir adulter, vt pote multo leuiori crimine infectus, capax est vxoris adulterae corrigendae. Vnde dū Monaldus sum. vbi de matr. tit. de effectu matrimonij, ad finē, Graff. 1. p. decis. lib. 2. c. 84. n. 6. Emman. Sa sum. verb. diuor. nu. 6. atque virū adulteriū reū nō posse ab adultera recedere: vel intelligēdi sunt ex capite adulteri: iuxta ea quae dixi. n. 6. datur enim de liq̄orum compensatio. Vel si ita non intelligatur, illis minimē assentior.

Septimo infertur, recedendū esse ab aliorum sententia adeo obligationem hanc stringentiū, vt dicunt teneri virū necessaria alimenta denegare adulterae pertinaci. Ita Abb. c. si vir. n. 2. de adulter. Ang. verb. debitu. nu. 9. vbi Syl. q. 10. tēperat Angelus, quādo alimentis denegatis vxor corrigetur. Idq; probat, eo qd vir tribuēs illi alimentā necessaria, praebat aniam persistēdi in peccato. Et vitius esuriētī panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quā esuriētī panis frāgatur, vt in iustitia se dūctus acquiescat teste. D. Augustino ad Vincentiū Donatistā: & refertur. c. nō omnis. 5. q. 5. Sed ad id nequaquā virum teneri, dicendum est. Quia est medium acerbissimum alimenta denegare, nec praecipuum correctionis ad id obligat. Eō vel maxime quōd moraliter loquendo, efficere tur obstinatio, ac deterior vxor, ita periclitata, ac vehemētī furore: profliueretq; corpus suū, vt vidēt quæreret. Nec vir aniam persūstēdi in peccato praebet, etiā nec eum animum habeat tribuens alimenta, nec ea denegare teneatur ad eum finem emendae comparandum. Atque ita docent Ioan.

Andr.

Andr. eo. c. si vir. n. 1. Anton. ibi. n. 3. Card. ibi initio. Et dicit hoc fore esse verum, Ananias ibi. n. 4.

18 Oportet infertur, non credendū esse Anchar. c. porro. n. 9. de diuor. Card. c. final. num. 2. ver. quāro an vir, de adulter. Henrico ibi. n. 3. & c. significasti. nu. 10. de diuor. Alten. sum. 2. p. lib. 8. tit. 3. art. 2. q. 1. dicentibus potius virum debere sustinere excommunicationem iudicis sub illa praecipiente illi, vt ad vxorem adulterā pertinacē redeat: quā reuendo obedire. Sed id minimē credo. Quia si praecipuo correctionis fraternae attendamus, non obligat eum tanto detrimento. Esto enim vir ille corā Deo nō sit excommunicatus: ac in foro externo priuatur fidelitatis, ac sacramentorum participatione, & assistentia diuinis officijs. Quod non modicū detrimentum est. Si vero scandalum, ac suspicionem consensus viri in adulterium vxoris, dum eam retinet, consideremus: cessant prorsus, dum vir non nisi compulsus eam admittit.

19 Vltima conclusio. Obligatio haec dimittenda vxoris in publico adulterio persistētis, quando alijs medijs non satis cōsultur scandalo cauendo, ac suspicioni consensus viri in adulterium, est sub mortali: si non vergeat ad eam retinendam aliqua iusta causa praeponderans. Et in hac convenimus cum Doctoribus. n. 4. allegatis. Et probatur testimonijs sanctorū ibi relatis. Quoniam ad vitandam eam suspicionē, & scandalum inde confurgens, tenetur vir cū alijs iuris sui iactura diuertere ad tempus, donec scandalum cesset, aut vxor corrigatur. Vt optime dicit Sotus. 4. d. 36. q. vnic. ca. 2. post. 2. conclusio nem, ver. horuus ergo. Et cum vitare scandalum sit res grauis, nec addit causa excusans, erit culpa mortalis.

20 Ex hac conclusione deducitur primō, excusari virum ab hac dimissione, ratione timoris periculi proprii spiritualis. Vt si grauibus carnis stimulis impetitus timeat sibi lapsum. Quippe praecipua correctionis fraternae, scādaliq; vitandi, cū ex sola charitatis lege originē ducant, eum graui detrimento minimē obligant. Praeterea, quia cū bene ordinata charitas à se ipso incipiat, potius ius habet vir ad sibi cōsulendū, quā alijs. Tandē, quia tunc suae obligationi satisfacit vir occurrēns scandalo alijs modis, quos n. 24. referam. Ita docent Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 3. concl. 4. n. 23. vbi Maior. q. 1. §. contra priorē conclusio.

nō in fin. Supple. Gabrie. q. vnic. ar. 2. post. 3. concl. D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 9. Rosel. verb. debitu. nu. 15. & 16. Angel. n. 8. Syl. q. 10. Armi. n. 16. & verb. marit. 75. Tabie. marit. 4. q. 3. n. 4. Sot. 4. d. 36. q. vnic. ca. 2. post. 2. concl. ver. horuus ergo. Castro lib. 1. de lege pōnalit. 4. §. 57. vigitur. Nau. sum. c. 16. nu. 24. Ledef. 1. p. 4. q. 64. ar. 2. fin. Gaeta repetitione. et ad limin. 30. b. r. §. 4. nu. 183. & 218. Palae. 4. d. 35. disp. vnic. col. 10. ver. porro autem. Barthol. Ledef. de matr. dubio. 66. ar. 1. Petrus de Ledef. de matr. q. 62. art. 2. concl. 2. fin. Graff. 1. p. decisio. lib. 2. c. 84. nu. 6. Matien. lib. 5. recop. tit. 1. rubrica. gl. 1. num. 101. Manuel. 1. tom. sum. 2. editio. c. 240. n. 7. concl. 7. Ludo. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 74. vbi de diuortio quoad habitacionem, col. 5. §. 5. porro circa praedictum. Philiacus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. ver. 4. peccat. Idē dicendū est, si vir morbo, aut inopia labore: ac proinde obsequio, & operis vxoris indigeat: nō enim tenetur cū eo graui corporis detrimento vxorē expellere: ob easdē rationes. Ita Sotus. Barthol. à Ledef. Petrus à Led. ibid. Et confert ad hoc, quod docent Nauar. sum. latin. c. 22. n. 22. ver. 6. Graff. proxime allegatus, Philiacus de officio sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 17. pauld post principium, nimirum, non teneri virū ad hoc, quando nequit absq; magno dāno publico, vel priuato. Vnde malē Ioānes de Friburgo sum. confel. lib. 4. tit. 2. q. 48. negat licere ratione timoris incontinentiae viri: & Monaldus summa, vbi de matrimonio, tit. de effectu matrimonij, ad finē, dicit oportuit esse benignius, sed forte nō verius.

Secundō deducitur, excusari virum ab hac expulsiōe vxoris, ob damnū spiritua le ipsius vxoris. Vt si probabile sit fore vt expulsa efficiatur deterior. Potius enim debet spiritali dāno vxoris cōsulere: & potest tūc scandalū vitare modis. n. 24. expli candis. Ita Palud. Maior. Supple. Gabriel. D. Anton. Rosel. n. 15. Ang. Syl. Tabien. Armi. Palacios, Ludouic. Lopez Manuel n. praecedenti allegati. Ioan. de Frib. sum. confessorum, lib. 4. tit. 22. q. 6. Nicol. de Orbel. 4. d. 35. q. 2. §. 1. Verac. 3. p. Specul. ar. 2. concl. 2. Angles florib. 1. p. de matr. q. 9. de diuortio, ar. 1. post diffi. 2. dubio. 1. Gaeta repetitione. et ad limin. 30. q. 1. §. 4. n. 18. Bartholomaeus à Ledef. dubio. 66. de matr. in fin. Caesio summa Sacramentorum, vbi de matr. c. 7. nu. 64. Idem

Aaaa 2 exili-

existimo, quando sequeretur detrimentum notabile corporis vxori. Sicut, n. precedenti dixi de viro, Quauis enim potius de ipso viro, qui innocens est, ratio sit habenda, quã de vxore, quã culpa sua expellitur, & potest id damnũ cauere respiciens à peccato. At non credo ad id constringendum maritũ cũ tanto detrimento vxoris, quod etiã aliquo modo ipsum afficit, cũ sint vna caro. Et confert ad hoc quod. n. sequenti dicemus ex Soto, & Abulenſi.

22. Tertio deducitur, similiter nec virum peccare retinendo prædictã adulterã, gratia se, vel illam non infamãdi. Quia graue detrimento id reputatur. Sic Abulenſi. 19. Math. q. 7. ad medium. Sotus. 4. d. 36. q. vnic. ar. 2. ad finem.

23. Quarto deducitur, excusari etiã maritum non expellẽtem, eò quod spes probabilis sit fore vt retenta vxor respiciat. Quia ea correctã scandalũ cessabit, & interim potest alia via euerti: ac præponderat bonũ animæ vxoris. Ita Rainerius. 2. p. sum. tit. de matrim. c. 20. Ricard. 4. d. 35. art. 1. q. 2. Durand. ibi. q. 1. ar. 3. n. 8. Palud. D. Anto. Castro, Palacios. n. 20. allegati. Abulenſi. & Sotus. n. præcedenti relati. Alberici. in suo dictionario, liter. M. verb. matrim. 8. vers. quid si aliquis coniugum. Bellamãra. cap. quemadmodum. n. 10. de iureiur. Turrec. c. Apostolus. 32. q. 7. art. 2. n. 2. Supplementum Gabrieliſ. 4. d. 35. q. vnic. ar. 2. post. 3. conclus. Tabiena matrimonium. 4. q. 3. n. 4. Sylo. matrim. 9. q. 6. & verb. debitum. q. 10. vbi Angelus. n. 8. Rosella. n. 16. Armil. n. 16. & verb. matrim. nu. 75. Gaeta repetitione. c. ad limin. 30. q. 1. §. 4. n. 215. Philircus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. vers. 4. peccat. Quod intelligitur, quando breui est spes emendæ. Vt docent Durand. ibid. Sylo. verb. debitũ. q. 10. & ibi Arm. n. 16. Quod clarè etiã significat Ricard. & Ang. proximè citati. & D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 9. in principio, dum petunt vxore paratã esse vt corrigatur. Præsumitur autè vxor incorrigibilis, quando pertinaciam animo corrigi renuit: aut quando correctionem promittens relabitur ex cõsuetudine. Ita Ricard. D. Anton. ibidem. Sylo. verb. debitum. q. 10.

24. Id tamen monuerim, teneri virum in hęcuentibus, in quibus ab expulsiõne vxoris pertinaciam in adulterio excusatur, cauere scandalũ alijs medijs, quod si ea non sufficiant ad id sedandum, non erit scandalum actiũ, sed passiuum: ac proinde non tri-

buetur culpæ viro non expellenti. Ita Palud. Supplem. Gabri. D. Anton. Tabien. Sotus, Castro, Ledef. Palacios, Barthol. à Ledef. Petrus à Ledef. Manuel. Ludo. Lopez. nu. 20. allegati. Syl. verb. debitum. q. 10. Armil. verb. matrim. n. 75. Mediũ autè hoc erit, vxore acriter increpare, ipsiusq; custodia quã cautissimè poterit, inuigilare, ac modo sibi licito eã punire, ita vt vicini merito intelligant eã minimè assentiri adulterio, quin potius ægerrimè ferre: & necessitate cõpulsus ob causas. nu. 20. & tribus sequentibus explicatas, ab ea nõ diuertere. Sic Sotus, Barthol. à Led. Manuel, Ludo. Lopez ibidẽ. Vel mediũ erit, vicinos admonere, se nõ retinere vxore, vt eius crimen foueat: sed vt sibi consulari, vel ne ea prostituatur, peiorq; facta aut alia videnti causa coactũ. Ita Palud. D. Anto. Supplementum Gabrieliſ. Tabiena, Syl. Armilla, Castro, Ledef. m. Palacios, Ludo. Lopez, Manuel in eisdem locis.

25. Vltimo deducitur, raro obligare præceptũ hoc dimitteđi vxore adulterã pertinet: et ei debitu negandi, vt bene docet Abulenſi. 19. Math. q. 7. Imò rarissimè, vt tradit Ledefma. 2. par. quest. 64. art. 2. sine. Nee audiendum est in hac re Petrus de Ledefma de matrimo. q. 62. ar. 1. conclusio. 2. dicens regulariter obligari sub mortali, ad hęc dimissionẽ. Sed probatur, tũ, quia tot causæ excusant, vt vir cõtingere possit aliqua ex ijs non subesse: etiã, quia rarissimè non satis scandalo cauendo consultur alijs medijs adhibitis. Atq; ita optimè dixit Sot. 4. d. 36. q. vnic. ar. 2. ad finem, tot distinctiones adhibere, quòd præceptum de adultera dimitteđa obliget, vt extenuatissimum relinquatur.

26. Ad argumenta. n. 4. proposita respondetur. Ad omnia testimonia adducta in primo argumẽto cõstat ex dictis. n. 10. & 11. innititur enim scãdalo, ac suspiciõne consensu viri in adulteriu vxoris. Ad secũdũ dic Iosephi iustitiã in eo cõsistere, q̃ aspiciẽs eximiã Virginis sanctitatẽ, iudiciũ suspẽderit circa adulteriu ipsius, cuius tã vehemẽs iudiciũ habebat, & proinde noluerit eã traducere, vt lapidaret, potiusq; egerit occultã dimissionẽ. Nec hoc præceptum dimitteđi Virginis poterat cõstringi. Cũ adulteriu illud (si q̃ existeret) esset occultissimũ, & improbabile. Crederet enim factũ ex matrimonio procreatum esse: ac proinde ex eo factũ nullũ potest ad præsentẽ questionẽ argumẽtu defumi. Ad tertiu

constat ex dictis. n. 1. vbi probauimus nul lum exare de hoc præceptũ Ecclesiã. Et ex. n. 12. vbi diximus periculum incertitudinis prolis non sufficere ad hoc præceptum. Et ex. n. 19. vbi ratione scandalũ, cui alia via occurri latius nequit, nec adest causa iusta excusans; diximus hoc præceptũ obligare sibi culpa mortali.

27. Quæstio secunda. An vxor innocens teneatur similiter diuertere à viro in adulterio persistenti? Quidam æquè obligari vxore hoc præcepto, arbitrantur. Quod cõfirmant. D. Chrysofostomi testimonio, & refertur. c. si quis vxore, el. 1. 32. q. 1. in fine, vbi expressè ait, virũ & vxore nõ ad impariã iudicari quoad obligationẽ diuertedi, propter perseverantiã alterutrius in adulterio. Atq; ita docet sibi gl. verb. nõ ad impariã. Et quando est spes emendæ viri, teneri vxore si vir monitus nõ desistat, adhibere penale medicinã abstinẽdo ab eius concubitu, docet. Caie. in opusculis, tom. 1. traç. 29. de reddẽdo debito altero cõiugẽ adulterãte. q. vnic. & in sum. verb. matri. c. vit. vers. 10. c. & ipsum sequens Pedrazza in sum. præcepto. 6. §. 18. Et nõ debere vxore à marito huiusmodi debitu petere, & aliã esse eius criminis participẽ, docet Arch. c. in cõiugio. 32. q. 1. n. 1. Et expressè peccare lethaliter vxorem habentẽ rem eã eiusmodi viro, tradit Bertachin. in suo diction. liter. A. verb. adulter, vers. adulter vir. & Monal. in sum. vbi de matrimo. tit. de effectu matrimonij, ad finem.

28. Alij verò dicunt, regulariter, & in plurimum nõ teneri ad hoc vxorem. Quoniã eum sit viro subdita, nõ est moraliter spes correctionis viri, sed timor peioris exitus, si ab vxore dimitatur. Et cessat scandalũ: teneri verò, vbi esset spes emendæ: ea dimissione consequatur. Quoniã præceptum correctionis fraternæ ipsam obligat, quòd media sibi possibilia adhibeat, vt vir ab adulterio respiciat. Ita docent Supplementum Gabrieliſ. 4. d. 35. q. vnica, ar. 2. concl. 4. vbi Palacios disput. vnica, colom. 13. fol. 786. vers. lex istis palam est. Na uar. sum. latina cap. 22. nu. 21. sine: hispana, addit. ad. n. 21. c. 22. vers. lo sexto, in. c. 28. Bartholomæus à Ledef. de matri. dub. 66. concl. 1. Petrus de Ledef. de matri. q. 62. art. 2. Philircus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 4. c. 19. vers. 4. peccat, & lib. 2. cap. 17. paulò post principium. Et clarè videtur sentire Petrus de Soto le. 12. de matrimonio, columna penultima, ait e-

nim; quamvis maior sit obligatio viri in hoc, ac etiam vxorem teneri agere quicquid putarit ad hoc conducere, vt virum retrahat ab adulterio.

29. Ceterum existimo nunquam vxorem astringi hoc præcepto dimitteđi viri adulteri pertinacis, aut abstinendi ab actu cõiugali. Ducor, quoniã obligatio viri ad dimitteđã adulterã pertinet, nascitur ex solo præcepto vitã scandali. Vt probauit. n. 8. & 10. Quod in vxore non admittẽte virũ, nec ei debitum negatẽ, cessat profus. Cũ omnibus manifestũ sit, vxores ægerrimè ferre vt viri alijs cõmifceantur, & zelotypia exuri: nec potest esse habere cohibendi vxores, eã subdita sint. Præerea, quia est obligatio hæc in viris cõiugeret ex correctionis fraternæ præcepto: id nõ astringeret vxorem: eò q̃ licet corrigere verbo, vbi est spes emendæ, omnibus in cõsabat: at factò ipso, penã inferendo, solius superioris est. At negare debitu, & recedere à cõfortio cõiugali, est factò ipso corripere, & penã adulterij punire virũ. Nõ ergo præceptũ correctionis fraternæ obligat vxore quæ viro subdita est, vt virũ corrigat, ea penã placẽdo: quantum vxor innocens ratione fidei sibi non seruatur à viro adulteranti, possit id efficere. Tertio, quia si spes moraliter non est, vt mulier dimissa à viro respiciat, imò cõmuniter deterior efficitur: ex dimissione tot dàna, ac incõuenientiã reddunt, vt meritò cessaret mus. n. 8. præceptũ suauissimã correctionis nõ obligat virũ cũ tãto detrimento: quis nõ videat multò minorẽ esse spẽ emendæ viri dimissi, & grauiorẽ timorẽ, vt in hoc nestiorẽ vitã ducat: & lógẽ maiora dàna se qui vxori: quæ tanquã imbecillior multò magis cõfortio viri, eiusq; obsequijs indiget? Ac proinde nõ cõstringitur hoc præcepto. Quarto, quia si quis velit dicere, eò stringi ad hoc vxore præcepto. Ecclesiãstici 30. Vt de viro asserit. D. n. allegati. Id dici nequit, quantum in viro id admittemus. Quia textus ibi allegati de solo viro loquuntur: in quo multò maior ratio inuenitur. Nec obstat. c. si quis vxorem, el. 1. 32. q. 1. vbi vir & vxor pares efficiuntur. Illud enim intelligendũ est, quoad facultatẽ diuortij celebrandi ratione adulterij, non autem quoad obligationẽ. Adde non esse rextum. Id enim caput desumptũ est ex D. Chrysofostomo: & testimonia sanctorum in decreto relata vim rextus minimè habent, vt probati lib. præcedenti, disp.

12. n. 5. Tandem, quia si vir obligetur ad hoc, vt incertitudinem prolis caueat. Vt dicunt aliqui. n. 12. relati. Ea ratio deficiet in vxore respectu viri adulterantis. Vxor enim semper certos edit paruos, dum adultera non est. Et ita indistincte, & vniuersaliter vxorem praecepto hoc non obligari tradunt. Durandus. 4. d. 35. quaest. 1. art. 9. n. 8. & ibi Palud. q. 1. art. 3. concl. 3. nu. 24. Nicolaus de Orbell. lib. 2. q. 2. §. 1. De An. non. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 9. Roel. verb. debitum. n. 16. vbi Syl. q. 30. h. n. Arm. n. 16. & verbi matrimonium. nu. 75. Tabiena matrimon.

14. q. 3. n. 4. Sotus. 4. d. 36. q. vnic. art. 2. post rationem. verum. de altero vero membro. Gaeta repetitione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 2. 8. Mariengo lib. 3. de copul. tit. 1. rubric. ca. 6. §. 1. nu. 10. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 7. nu. 3. in commento, litera. Q. Manucl. in tomo sum. 2. edition. c. 240. nu. 6. Grassi. 1. p. de cessionum. lib. 2. c. 84. n. 7. Vega. in tomo sum. 2. c. 13. casu. 6. §. 6. Et expressè dicitur vxorem ad hec teneri, docet Ledes. 2. p. 4. q. 64. ar. 2. ad finem, in a. p. positione. Emmanuel. Sa. luma, verbi diuortium, num. 6. no. 10. 17. §. 1. Q. n. 11. p. 1. c. 1. §. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

DISPUT. DECIMA QVARTA.

Veru copula, aut alij actus coniugales, aut retentio in propria domo, sine adulterij condonatio: ita vt deinceps coniux innocens amittatur diuertendi, accusandive criminaliter, aut ciuilitate?

SYMMARIVM.
R. Conditio copulae adulterij, alia expressa, alia tacita. n. 1.
An reconciliatio, hac facta solo animo obliget, nec indigeat acceptatione? nu. 2.
An reconciliatio expressa facta absq. animo reconciliandi obliget? nu. 3.
An reconciliatio tacita efficiatur per copulam? nu. 4.
Referat duplex opinio. n. 4. §. 1.
Condonatio tacita adulterij confurgit ex copula, licet adulterium sit occultum, nec iam licet amplius accusare. n. 6.
Idem quomodo copula habeatur celebrato iam diuortio. n. 7.
An vir adulter criminaliter volens vxorem adulteram accusare, teneatur ei debitum reddere? nu. 8.
Desideratur ad hanc condonationem, vt coniux innocens sit adulterij confensus. n. 9. & ibi, quid, si illius obliuiscatur?
Quid, si non sit omnino certus, sed praesumptiones habeat? nu. 10.
Quid, si vnus, aut alterum adulterium norit, et plura alia, aut etiam seductio, hostilitate coniugis alterius ignoret, ipsumve ac hereticum damnatum esse? nu. 11.
An desideretur, vt coniux adulter sciat summum adulterium esse notum innocenti? Et remissum, an exigatur innocentem scire esse condonationem? nu. 12.
Desideratur copula esse sponte habitam. Et quid, si cogente Ecclesia innocens reddat, vel exigat? nu. 13.

Reprobatur sententia asserens ceteri condonationem, quando adulterio exilientis notorio coniux innocens reddat ex Ecclesiae praescepto. nu. 14.
Quid, si innocens timore peruersus reddat, vel quia seruata debita honestate negare non potest? nu. 15.
Quid, si ex illius sententia, aut deceptus ab aliquo id docens, reddat? nu. 16.
Quando sit condonatio, retentio coniugis adulterij, aut illius iam expulsi, admittitur? nu. 17.
An sit condonatio, actus familiaris conversationis, vt simul edendi, reddendi, luendi? nu. 18.
Quid, si solentur, amplectantur, et innocens coniugem adulterum, etiam reddens debitum ex Ecclesiae praescepto? nu. 19.
An per copulam, & alios actus, eo ipso inducatur adulterij condonatio, quomodo ad sit intentio non condonandi, an potius praesumptio sine condonationis? Proponuntur argumenta persuadentia esse praesumptionem. nu. 20.
Proponitur sententia Authoris. n. 21.
An desideretur illis actibus vrentem scire esse condonationem, iusq. diuortij, & accusandi amittitur? nu. 22.
Quid, si innocens petat, reddat, aut alij actibus vtatur, animo non condonandi, an possit in foro conscientiae diuertere, & possit eligere peccare, & non reddere, aut reddere? nu. 23.

An idem dicendum sit, quando post sponsalia et vore inita, habeatur copula? nu. 24.
Soluuntur argumenta. n. 25.

H Aenus disputauimus quando liceat, aut sit praesceptum ratione adulterij diuertere: quidque possit tunc vterque coniux circa status sui mutationem. Iam in praesenti disendum est quando censetur condonatum adulterium, ita vt ratione illius diuortium celebrari nequeat: aliae accusatio criminalis, aut ciuilibus intentari. Et obseruandum est tum Barbo. l. 2. in principio. p. 1. n. 100. ad finem. ff. solut. matrim. reconciliationem coniugis adulteri esse duplicem, quamdam expressam, aliam vero tacitam. Expressa est, quando expressè remittitur adulterij. De qua loquitur textus. l. si maritus. 15. §. si negauerint. ff. ad. l. l. l. iuliam, de adulter. decidendis ex tunc maritum volentem accusare, audiendum non esse. Et notat Alexander. l. iurisg. §. si paciscar, ad finem. ff. de pactis. Tacita autem est, quando facta ipso animo condonandi indicatur. Nam facta non minus qua verba animum indicant. l. si tamen. 48. ff. de diluio. edicto. De qua in praesenti est disputatio.

Merito tamen dubitabitur, an vt remissio haec, sine expressa, siue tacita adulterij sit ita valida, ac firma, vt reuocari nequeat, de sideretur acceptatio ipsius adulteri? Si enim acceptatio desideretur, reuocari poterit facta in absentia, vel sola mente. Infuper vt copula sit condonatio, non sufficeiet coniugem innocentem eam habentem, cessionem esse adulteri, sed etiam desiderabitur, vt adulter ipse seiat summum adulterij cognitum esse innocenti. Quoniam acceptare non potest condonationem, dum eam sibi fieri profusus ignorat. Qualiter se habet, dum ipsum latet alterum coniugem sui adulterij confisum esse. Vtrumq. autem aliter se habebit, si acceptatio non desideretur. Et eam desiderari persuadent, quod ea condonatio videatur contractus quidam inter vtrumq. coniugem initus: quomodo mutuo se obligant, nimirum, innocens ad non petendum diuortium, nec adulterij illius accusandum: adulter vero, ad non tenendum debitum. Quippe illud reddere non tenebatur, nolenti petente condonare adulterium (vt constabit ex dicendis, n. 23. Deinde, quia eadem remissio est quaedam donatio iuris acquiri ad diuertendum, aut

accusandum: & celebrato iam diuortio, est quaedam iterata concessio adultero exigendi debiti potestatis: atq. ita est vera donatio. Quam ad sui omnimodam firmitatem, petere acceptationem, latè probauit lib. 1. to. ta disp. 6. vbi idem de quocunq. contractu diximus. Et confirmatur, quia sicut quando initum est matrimonium, ac primò concessa potestas exigendi debitum, fuit necessarius vtriusq. consensus: ita ea potestate propter adulterium amissa, praesertim diuortio celebrato, vt iteru concedatur adultero, desiderabitur consensus innocentis eam concedentis: & adulteri acceptantis. Nec obstat si dicas adulterum teneri acceptare. Cū ea priuatio potestatis sit in fauorem innocentis. Id enim fateor, at non inde conuincitur condonationem illam non posse reuocari ante adulteri acceptationem. His tamen minimè obstantibus existimo nullam acceptationem desiderari, ac proinde sufficere, si sola mente fiat condonatio illa adulteri: & non exigatur adulterum nosse summum delictum cognitum esse innocenti. Duo, quoniam vbi nullo pacto inito, sed sola cessione, qua proprio iuri quisquā renunciat, interuenienti, aliquid acquiritur cuidam tertio, nulla opus est illius tertij acceptatione, sed sola cessione iuri proprio renunciantis, satis est: vt in hereditatis repudiatione contingit. Qualiterq. enim occultè hereditas repudiatur, obuenit substituto. Atq. ita, l. sicut maior. 4. C. de repud. heredit. dixit repudiantes hereditatem non posse deinceps illam acquirere, nec esse heredem, quasi repudiatio illa solo repudiantis actu, ad suam firmitatem contenta sit. Cū ergo post adulterium, siue ante celebratum diuortium, siue post, vt adulter recuperet ius pristinum exigendi debiti, satis sit tolli impedimentum voluntatis innocentis vrentis iure suo, Eo enim ipso quod ille renunciat iure diuortij, acquiritur innocenti, sufficere ea renunciatio quantumuis occultata, & sola mente effecta, nulla adulteri acceptatione expectata. Et confirmatur, ducta similitudine ex potentij naturalibus, dum enim potentia visiva illa permanet, impediturque quomodo minus videat, aliquo obstaculo interposito: et visionem eliciat, nullo alio opus est, quam obstaculi illius remotione, qualitercumque contingat, etiam renitente ipsa potentia. Quod pariter in potestatis mo